Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

per intrantes naues nauigare ceperunt

miam deo omnipotenti & his sanctis querendo locum
illum aperuerunt. atque eorum corpora cum omni
ueneratione suscipientes dignis ornamentis
inuoluta. noctu & clam cunctis atque nesci
ente predicta dei famula cum omni festina
cione ad flumen quod uocatur sylum uene
runt. Illa autem prefata dei famula que
semper eorum corpora custodierat. facto mane
ut solita erat ad locum sanctissimum uenit. et
tanto thesauro quem ut animam suam
dilexerat. cum uacuum reperit. Hoc uiso
ualde tristari cepit dicens. atque affirmans
se nunquam fieri uiuere uelle. nisi deus suorum
patrum senesii & theoponti corpora red
deret. Huius uocibus & orationibus omnipotentis
dei pietas inclinata pro suorum fidelium me
rita predictorum monachorum nauigio uen
tum ualidum insurgere fecit. & quantum
tribus diebus nauigando pertransierant.
tantum una die deo uolente inuiti redi
erunt. Eadem uirgo deo deuota. flens
& plorans super ripam fluminis stabat.
atque circumspiciens suorum corpora patrum
ut sibi redderentur orando clamabat. quod
& deus suis uotis misericorditer annuit.
Vir autem uenerabilis Rudolfus hoc facto mul
tum dubius atque sollicitus. tandem dei di
spensante prouidencia. optimum inuenit
consilium. intelligens sanctorum corpora sine sua
famula ad nullam aliam uelle ire prouinci
am. Illam itaque deo deuotissimam uirginem
in suam nauem cum omni susceperunt re
uerencia. Sic ergo cum omni gaudio omnique
prosperitate. ac citissima uelocitate pluri
mis coruscantibus miraculis ad nonan
tulam dei gracia ordinante peruenerunt.
Hanc igitur dei famulam sanctissime uerom
ce uestigia secutam fuisse non incongrue
possumus dicere. Illa etenim ueronica femi
na reuerentissima imaginem christi in panno
depictam. in ceruicali suo in loco dig
nissimo occulte ~~dignissima~~ reconditam
habebat. eamque ueneranda atque ualde di
ligendo custodire studebat. Hec autem
sanctorum senesii & theoponti famula eorum
corpora dignissimo in loco recondita habe
bat. semperque cum magno studio custodi
ebat. Illa denique legatis ab imperatore tybe
rio pro fama christi missis. ac de suis factis
aliquid mirum inuenire iussis gloriosam
christi imaginem ostendit. ista autem uirgo
fidelissima. sanctorum corpora uenerabilibus mo
nachis a petro abbate pro eorum desiderio
transmissis ostendit atque inuenire fecit.
Romam uero imperatoris legati christi
imaginem inuentam sine ipsa ueronica
romam nauigio ducere temptauerunt. sed dei
obstante uoluntate quod adimplere uo
luerunt. nequiuerunt. ipsaque accepta
cum omni alacritate sequentibus signis
atque uirtutibus romam uenerunt. sed eadem
ueronica in fide christi perseuerans. & per eius
amore rome degens. ibi uitam finiuit
& in eternum cum christo uiuit. sancti etiam monachi
beatissimorum corpora recepta sine prefata uir
gine ad nonantulam deferre nauigio uo
luerunt. sed dei resistente potencia quod
ceperunt perficere nequiuerunt. ipsaque
ab eis recepta magnis sequentibus signis
ad nonantulam citissime deuenerunt. ubi
ipsam apud ecclesiam sancti martini in colia
no tribus miliaribus ab eadem nonantu
la distantem pro eorum amore deo seruiendo
degens. uitam finiuit feliciter. & cum
christo regnat perpetualiter. Igitur postquam dei
opitulante gratia a uenerabili abbate cunct
isque fratribus simul & ab omnibus nonantu
le populis. beatissimorum martirum senesii & the
oponti corpora mirifice & honorifice fu
erunt suscepta. ibique aromatibus atque de